



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

In Confessione generali an omnia mortalia alias confessa, aperire
teneamur, paragr. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

dem, suum præsens delictum, sed aliud antiquum quod non fecit; id quod esset non fateri omnia sua peccata, quod est sacrilegium.

§. II.

In Confessione generali, an omnia mortalia, alias confessa, aperire teneamur.

7 **N**on tenemur; atque adeo possumus omittere aliqua peccata, etiam mortalia, sed alias ritè manifestata; quæ est communis, & certa Theologorum opinio, Quod si Confessarius decipiatur putans hunc pœnitentem ea sola habere peccata, quæ dicit; ipsa tamen pœnitens non mentitur, cum solum proponat aliqua, aliqua non item, in quo nullum est mendacium. Quid si pœnitens dixerit se velle generaliter confiteri, & deinde

a Henriq. l. 2. de pœnit. c. 12. §. 2. in Glossa lit. D. & alii passim.

de non omnia proponat? Respondeo, nec tunc mentiri, quia communis sensus est, ipsis Confessariis maximè notus, quòd in Confessione generali non omnia alias rite confessa aperiantur; imò etiam si mentiretur; peccaret solum venialiter: esset enim in re levi, & minimè ad Confessionem necessaria.

Alia huc pertinentia vide infra, cum de Mendacio in Confessione libro hoc 2. c. 10. §. 2.

§. III.

An peccata dubia sint necessariò clavibus subdenda.

8 **D**Vbium, aliud est positivum, aliud negativum. Positivum est quando quis aliquas habet rationes, vel motiva probabilia ad credendum, verbi gratia, se peccatum aliquod commississe;